



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VII. De vocatione gentium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

## VII. Gentes ipsum audient.

De uocatione Gentium antea aliquoties dictum est.

## VIII.

Ligabit ad vineam pullum suum,  
& ad vitem, ô fili mi, asinam suam.

Vt duo Cherubim in arca fœderis se mutuo intuebantur, ita Veteris & Noui Testamenti conciones inter se conferendæ sunt, et ex mutua collatione obscuriorum dictorum sententia petenda est. Cũ igitur prima specie obscura uideantur hæc uerba uaticinij Iacob, Ligabit ad uineam pullũ suum, & ad uitem ô fili mi asinam suam: addemus ex nouo Testamento enarrationem Filij Dei, qui ita inquit Iohan. 15. Ego sum Vitis uera, Manete in me & ego in uobis. Sicut palmes non potest fructum ferre à semetipso, nisi manserit in Vite, sic & uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites, Qui manet in me & ego in eo, ille fert fructum multum, Quia sine me nihil potestis facere.

Ad hanc Vitem seu ad seipsum alligat nos Christus, & nos sibi inserit, & in nobis habitat, regit & adiuuat consilia & actiones nostras, ut sint salutare nobis & alijs.

Ac